

*Thomae de Aquino***Summa theologiae****I, quaestio 79, articulus 9  
Utrum ratio superior et inferior sint  
diversae potentiae**

[...] Videtur quod ratio superior et inferior sint diversae potentiae.

1. Dicit enim Augustinus, XII *de Trin.*<sup>1</sup>, quod imago Trinitatis est in superiori parte rationis, non autem in inferiori. Sed partes animae sunt ipsae eius potentiae. Ergo duae potentiae sunt ratio superior et inferior.

2. Praeterea, nihil oritur a seipso. Sed ratio inferior oritur a superiori, et ab ea regulatur et dirigitur. Ergo ratio superior est alia potentia ab inferiori.

3. Praeterea, Philosophus dicit, in VI *Ethic.*<sup>2</sup>, quod scientificum animae quo cognoscit anima necessaria, est aliud principium et alia pars animae ab opinativo et ratiocinativo, quo cognoscit contingentia. Et hoc probat per hoc, quia "ad ea quae sunt genere altera, altera genere particula animae" ordinatur; contingens autem et necessarium sunt altera genere, sicut corruptibile et incorruptibile. Cum autem idem sit necessarium quod aeternum, et temporale idem quod contingens; videtur quod idem sit quod philosophus vocat scientificum, et superior pars rationis, quae secundum Augustinum<sup>3</sup> "intendit aeternis conspiciendis et consulendis"; et quod idem sit quod Philosophus vocat ratiocinativum vel opinativum, et inferior ratio, quae secundum Augustinum "intendit temporalibus disponendis". Est ergo alia potentia animae ratio superior, et ratio inferior.

<sup>1</sup> Vgl. Augustinus, *De trinitate* XII 4 (PL 42,1000).

<sup>2</sup> Vgl. Aristoteles, *Nikomachische Ethik* VI 1 (1139a6ff.).

<sup>3</sup> Vgl. Augustinus, *De trinitate* XII 7 (PL 42,1005).

*Thomas von Aquin***Summe der Theologie****I, Frage 79, Artikel 9  
Ob die höhere und die niedere Vernunft  
verschiedene Vermögen sind**

[...] Es scheint, daß die höhere und die niedere Vernunft verschiedene Vermögen sind.

1. Augustinus sagt nämlich im Buch *Über die Dreieinigkeit* XII, das Bild der Dreifaltigkeit finde sich im höheren Teil der Vernunft, nicht aber im niederen. Die Teile der Seele aber sind ihre Vermögen. Folglich sind die höhere und die niedere Vernunft zwei Vermögen.

2. Außerdem: Nichts geht aus sich selbst hervor. Die niedere Vernunft aber geht aus der höheren hervor und wird von ihr geordnet und geleitet. Folglich ist die höhere Vernunft ein von der niederen [Vernunft] verschiedenes Vermögen.

3. Außerdem: Der Philosoph sagt im 6. Buch der *Nikomachischen Ethik*, daß das wissende [Vermögen] der Seele, wodurch die Seele das Notwendige erkennt, ein anderes Prinzip und ein anderer Seelenteil ist als das meinende und schlußfolgernde [Vermögen], wodurch sie das Zufällige erkennt. Und er beweist dies damit, daß „auf dasjenige, was unterschiedlicher Gattung ist, [auch] die Teile der Seele, die unterschiedlicher Gattung sind“, hingebunden sind. Das Zufällige und das Notwendige aber sind von verschiedener Gattung wie das Zerstörbare und das Unzerstörbare. Weil aber das Notwendige dasselbe ist wie das Ewige und das Zeitliche dasselbe ist wie das Zufällige, scheinen dasjenige, was der Philosoph das wissende [Vermögen] nennt, und der höhere Teil der Vernunft, der nach Augustinus „darauf abzielt, das Ewige zu schauen und um Rat anzugehen“ dasselbe zu sein; und dasjenige, was der Philosoph das schlußfolgernde und meinende [Vermögen] nennt, scheint dasselbe zu sein wie die niedere Vernunft, die nach Augustinus „darauf abzielt, das Zeitliche zu verwalten“. Folglich sind die höhere Vernunft und die niedere verschiedene Vermögen der Seele.



4. Praeterea, Damascenus dicit quod „ex imaginatione fit opinio; deinde mens, diiudicans opinionem sive vera sit sive falsa, diiudicat veritatem; unde et mens dicitur a metiendo. De quibus igitur iudicatum est iam et determinatum vere, dicitur intellectus“<sup>1</sup>. Sic igitur opinativum, quod est ratio inferior, est aliud a mente et intellectu, per quod potest intelligi ratio superior.

SED CONTRA est quod Augustinus dicit, XII *de Trin.*<sup>2</sup>, quod ratio superior et inferior non nisi per officia distinguuntur. Non ergo sunt duae potentiae.

RESPONDEO DICENDUM quod ratio superior et inferior, secundum quod ab Augustino accipiuntur<sup>3</sup>, nullo modo duae potentiae animae esse possunt. Dicit enim quod ratio superior est „quae intendit aeternis conspiciendis aut consulendis“<sup>4</sup>, conspiciendis quidem, secundum quod ea in seipsis speculatur; consulendis vero, secundum quod ex eis accipit regulas agendorum. Ratio vero inferior ab ipso dicitur, quae „intendit temporalibus rebus“<sup>5</sup>.

Haec autem duo, scilicet temporalia et aeterna, comparantur ad cognitionem nostram hoc modo, quod unum eorum est medium ad cognoscendum alterum. Nam secundum viam inventionis, per res temporales in cognitionem devenimus aeternorum, secundum illud Apostoli, *ad Rom.* I [20], „invisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta, conspiciuntur“, in via vero iudicii, per aeterna iam cognita de temporalibus iudicamus, et secundum rationes aeternorum temporalia disponimus.

Potest autem contingere quod medium, et id ad quod per medium pervenitur, ad diversos habitus pertineant, sicut principia prima indemonstrabilia pertinent ad habitum intellectus, conclusiones vero ex his deductae ad habitum scientiae. Et ideo ex principiis geometriae contingit aliquid concludere in alia scientia, puta in perspectiva.

Sed eadem potentia rationis est, ad quam pertinet et medium et ultimum.

<sup>1</sup> Johannes Damascenus, *De fide orthodoxa* II 22 (PG 94,941).

<sup>2</sup> Augustinus, *De trinitate* XII 4 (PL 42,1000).

<sup>3</sup> *Ebd.* XII 7 (PL 42,1005).

<sup>4</sup> *Ebd.* (PL 42,1004).

<sup>5</sup> *Ebd.*

4. Außerdem: Johannes Damascenus sagt, daß „aus der Einbildung die Meinung entsteht; danach fällt der Geist, der prüft, ob die Meinung wahr oder falsch ist, das Urteil über die Wahrheit. Daher wird auch „Geist“ (*mens*) von „messen“ (*metiendo*) hergeleitet. Worüber demnach geurteilt wird und was als wahr festgestellt ist, das wird Verstand genannt.“ So ist also das meinende [Vermögen], das die niedere Vernunft ist, etwas anderes als der Geist und der Verstand, worunter die höhere Vernunft verstanden werden kann.

DAGEGEN ABER steht, was sagt Augustinus im 12. Buch *Über die Dreieinigkeit* sagt, daß die höhere und die niedere Vernunft sich nur hinsichtlich ihrer Aufgaben unterscheiden. Folglich sind sie nicht zwei Vermögen.

ICH ANTWORTE: Man muß sagen, daß die höhere und die niedere Vernunft, so wie sie von Augustinus verstanden werden, in keiner Weise zwei Vermögen sein können. Er sagt nämlich, daß die höhere Vernunft diejenige ist, die „darauf abzielt, das Ewige zu schauen und um Rat anzugehen“: „zu schauen“ nämlich, insofern sie dieses in sich selbst betrachtet; „um Rat anzugehen“ aber, insofern sie ihm die Regeln des Handelns entnimmt. Niedere Vernunft aber wird von ihm jene genannt, „die auf die zeitlichen Dinge abzielt“.

Diese beiden aber, das Zeitliche und das Ewige, verhalten sich zu unserer Erkenntnis so, daß das eine von ihnen das Mittel [= der Mittelbegriff] ist, um das andere zu erkennen. Denn dem Weg des Auffindens (*via inventionis*) zufolge gelangen wir durch die Erkenntnis der zeitlichen Dinge zu den ewigen, nach dem Wort des Apostels in *Röm* 1,20: „Das Unsichtbare Gottes wird durch das, was geschaffen ist, mit der Vernunft erschaut“; auf dem Weg des Urteilens (*via iudicii*) dagegen beurteilen wir das Zeitliche durch das bereits erkannte Ewige und ordnen das Zeitliche nach den Maßstäben des Ewigen.

Es kann aber vorkommen, daß das Mittlere [der Mittelbegriff] und dasjenige, wozu man durch das Mittlere [den Mittelbegriff] gelangt, zu verschiedenen Habitibus gehören, wie die ersten unabweisbaren Prinzipien zum Habitus der Einsicht gehören, die aus ihnen abgeleiteten Schlußsätze dagegen zum Habitus des Wissens [der Wissenschaft]. Und daher ist es möglich, aus den Prinzipien der Geometrie etwas in einer anderen Wissenschaft, etwa in der Perspektivik, zu schlußfolgern.

Zum selben Vernunftvermögen gehören aber sowohl das Mittlere [der Mittelbegriff] als auch das Letzte [der Schlußsatz].

Est enim actus rationis quasi quidam motus de uno in aliud perveniens, idem autem est mobile quod pertransiens medium pertingit ad terminum. Unde una et eadem potentia rationis est ratio superior et inferior. Sed distinguuntur, secundum Augustinum<sup>1</sup>, per officia actuum, et secundum diversos habitus, nam superiori rationi attribuitur sapientia, inferiori vero scientia.

AD PRIMUM ergo dicendum quod secundum quamcumque rationem partitionis potest pars dici. In quantum ergo ratio dividitur secundum diversa officia, ratio superior et inferior partitiones dicuntur, et non quia sunt diversae potentiae.

AD SECUNDUM dicendum quod ratio inferior dicitur a superiori deduci, vel ab ea regulari, in quantum principia quibus utitur inferior ratio, deducuntur et diriguntur a principiis superioris rationis.

AD TERTIUM dicendum quod scientificum de quo Philosophus loquitur<sup>2</sup> non est idem quod ratio superior, nam necessaria scibilia inveniuntur etiam in rebus temporalibus, de quibus est scientia naturalis et mathematica. Opinativum autem et ratiocinativum in minus est quam ratio inferior, quia est contingentium tantum.

Nec tamen est simpliciter dicendum quod sit alia potentia qua intellectus cognoscit necessaria, et alia qua cognoscit contingentia, quia utraque cognoscit secundum eandem rationem obiecti, scilicet secundum rationem entis et veri. Unde et necessaria, quae habent perfectum esse in veritate, perfecte cognoscit; utpote ad eorum quidditatem pertingens, per quam propria accidentia de his demonstrat. Contingentia vero imperfecte cognoscit; sicut et habent imperfectum esse et veritatem. Perfectum autem et imperfectum in actu non diversificant potentiam; sed diversificant actus quantum ad modum agendi, et per consequens principia actuum et ipsos habitus.

<sup>1</sup> Ebd. XII 4 (PL 42,1000); XII 14 (PL 42,1009).

<sup>2</sup> Vgl. Aristoteles, *Nikomachische Ethik* VI 6 (1139a12); VI 5 (1140b26).

Die Tätigkeit der Vernunft ist nämlich eine Art Bewegung, die von einem zum anderen fortschreitet. Es ist aber dasselbe, das bewegt wird, das durch das Mittlere [den Mittelbegriff] hindurchschreitend zum Endpunkt [Schlußfolgerung] gelangt. Daher ist die höhere und die niedere Vernunft ein und dasselbe Vernunftvermögen. Sie unterscheiden sich jedoch, Augustinus zufolge, durch die Aufgaben ihrer Tätigkeiten und nach den verschiedenen Habitibus; denn der höheren Vernunft wird die Weisheit zugeordnet, der niederen dagegen das Wissen [die Wissenschaft].

ZUM 1. EINWAND ist folglich zu sagen, daß bei jeder Art und Weise von Einteilung von „Teil“ gesprochen werden kann. Insofern also die Vernunft nach den verschiedenen Aufgaben eingeteilt wird, werden die höhere und die niedere Vernunft Teile genannt, und nicht weil sie verschiedene Vermögen sind.

ZUM 2. EINWAND ist zu sagen, daß man von der niederen Vernunft sagt, sie werde aus der höheren abgeleitet oder von ihr geordnet, insofern die Prinzipien, die die niedere Vernunft verwendet, aus den Prinzipien der höheren Vernunft abgeleitet und gelenkt werden.

ZUM 3. EINWAND ist zu sagen, daß das „wissende“ [Vermögen], von dem der Philosoph spricht, nicht dasselbe ist wie die höhere Vernunft, denn notwendige Gegenstände, die gewußt werden können, finden sich auch bei den zeitlichen Dingen, von denen Naturwissenschaft und Mathematik handeln. Das „meinende“ und „schlußfolgernde“ Vermögen aber erstreckt sich auf weniger als die niedere Vernunft, denn es bezieht sich nur auf Zufälliges.

Dennoch darf nicht einfach gesagt werden, daß das Vermögen, wodurch der Verstand das Notwendige erkennt, ein anderes ist als dasjenige, wodurch er das Zufällige erkennt, denn beides erkennt er unter demselben Gesichtspunkt des Gegenstandes, nämlich unter dem Gesichtspunkt des Seienden und des Wahren. Daher erkennt er auch die notwendigen Dinge, die ein vollkommenes Sein in Wahrheit haben, auf vollkommene Weise; weil er ja bis zu ihrer Wahrheit vordringt, durch die er die eigentümlichen Eigenschaften aus ihnen beweist. Das Zufällige dagegen erkennt er nur auf unvollkommene Weise, wie sie auch ein unvollkommenes Sein und Wahrheit haben. Das Vollkommene und das Unvollkommene aber unterscheiden nicht in der Tätigkeit das Vermögen, sondern sie unterscheiden die Tätigkeiten im Hinblick auf die Weise des Tätigseins und folglich die Prinzipien der Tätigkeiten und ihre Habitibus.



Et ideo Philosophus posuit<sup>1</sup> duas particulas animae, scientificum et ratiocinativum, non quia sunt duae potentiae; sed quia distinguuntur secundum diversam aptitudinem ad recipiendum diversos habitus, quorum diversitatem ibi inquirere intendit. Contingentia enim et necessaria, etsi differant secundum propria genera, conveniunt tamen in communi ratione entis, quam respicit intellectus, ad quam diversimode se habent secundum perfectum et imperfectum.

AD QUARTUM dicendum quod illa distinctio Damasceni est secundum diversitatem actuum, non secundum diversitatem potentiarum. Opinio enim significat actum intellectus qui fertur in unam partem contradictionis cum formidine alterius. Diiudicare vero, vel mensurare, est actus intellectus applicantis principia certa ad examinationem propositorum. Et ex hoc sumitur nomen mentis. Intelligere autem est cum quadam approbatione diiudicatis inhaerere.

(Lateinischer Text: [corpusthomaticum.org](http://corpusthomaticum.org))

<sup>1</sup> Vgl. *ebd.* VI 1 (1139a12).

Und daher nahm der Philosoph zwei Seelenteile an, den wissenden und den schlußfolgernden, nicht weil es sich um zwei Vermögen handelt, sondern weil sie sich unterscheiden nach der unterschiedlichen Eignung, verschiedene Habitus aufzunehmen, deren Verschiedenheit er dort zu untersuchen beabsichtigte. Das Zufällige und das Notwendige nämlich kommt, auch wenn es sich den eigentümlichen Gattungen nach unterscheidet, dennoch im gemeinsamen Begriff des Seienden überein, auf das sich der Verstand bezieht – zu dem sie sich aber in verschiedener Weise als Vollkommenes oder Unvollkommenes verhalten.

ZUM 4. EINWAND ist zu sagen, daß die Unterscheidung des Damascenus sich auf die Verschiedenheit der Tätigkeiten bezieht und nicht auf die Verschiedenheit der Vermögen. Die Meinung bezeichnet nämlich eine Tätigkeit des Verstandes, der mehr der einen Seite eines Widerspruchspaares zuneigt mit Furcht davor, der andere könne wahr sein. Urteilen dagegen oder Messen (*mensurare*) ist eine Tätigkeit des Verstandes, der sichere Prinzipien anwendet, um Behauptungen zu prüfen. Und von dort her stammt der Name Geist (*mens*). Einsehen aber bedeutet, mit einer gewissen Zustimmung dem Beurteilten anhängen.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)